



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 8. Rex de sua cum Pontifice reconciliatione consilium agitans, atque ad  
hoc Veneti Senatus opera usus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

§. VII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1592.

*Hoc Senatus consultum Parisiis præ-  
sente Maduano Duce combustum.*

Die vigesima secunda Decembris Præ-  
ses nomine Magister in Parisiensi Thuan. l. c.  
Mem. p. 92.  
Senatu contra hoc Catalaunense edi-  
ctum aliud decretum a Nullio Præsede  
confectum recitabat, prius tamen Re-  
gis advocatus nomine Aurelianus, qui  
ab Hispanis pensione auctus erat, ser-  
monem in Senatu habebat, ubi ipse-  
met Maduanus Dux præsens aderat,  
dum hic Advocatus adversus Catalau-  
nense edictum perorabat, & contra  
Regem, Catalaunensesque Senatores  
vehementer insurgens, bellum conti-  
nuandi necessitatem pluribus expone-  
bat: postea Catalaunense edictum ea-  
dem die in pleno Senatus confessu dila-  
cerabatur, atque altera die matutinis  
horis tradebatur carnifici, qui illud ad  
majores Palatii gradus publice com-  
bussit.

§. VIII.

*Rex de sua cum Pontifice reconcilia-  
tione consilium agitans, atque  
ad hoc Veneti Senatus  
opera usus.*

[Interea Rex in Sedis Apostolicæ gra-  
tiam redeundi mediis intentus neo-  
electum Davil. hist.  
des querr.  
civil. l. 13.



Sæcul. XVI  
A. C. 1592

electum Pontificem sibi devincire fatagebat, cum vero in Venetæ Reipublicæ, & Magni Etruriæ Ducis auctoritate potentis præsidii spem collocaret, hinc Vernonii cum Joanne Mocenigo Reipublicæ Legato conferens hæc exponebat, „De rerum mearum conditione „mentem meam summo Pontifici aperire desiderans exopto, ut Senatus, „quem sacræ Sedi pleno obsequio addictum nosco, mea vota utpote æquitati innixa ad prosperum exitum suæ opera perducere velit: decreveram enim ad summum Pontificem ablegare „Gondium Cardinalem, cujus prudentia, atque integritas satis perspecta est: insuper eidem Catholicæ Nobilitatis nomine adjungere statui Pisanum „Marchionem, ut hi pacis negotio insudare, meamque cum Sede Apostolica reconciliationem promovere velent: cum tamen hoc negotium Romæ haud leves patiatur difficultates, atque aliunde Hispani ibidem potentia plurimum valeant, mihi persuasum habeo, quod in hac rerum vicissitudine consilium, ac Reipublicæ auctoritas ad exequendum tanti momenti negotium mihi perutilis foret. „ Hic Orator dum cuncta a Rege petita Senatus nomine pollicitus erat, Gondium ablegare mox decernebatur.

§. IX.